

De Ceratis.

C A P. XLVI.

**C**Eratum! siue cerotum, Κηρωτός, Galeno, quod magna ex parte cera constet, vel à cera & oleo nomen habet, & à Græcis, referente Galeno <sup>a</sup>, a 7. de compoſ. ſecun- emplaſtrum & malagma, ab Ægineta <sup>b</sup> μυραικοντι vocatum: Medicamenti genus eſt ex oleis, gummatibus, ſuccis, aliisq; ſimul cera vnitis conſtant: conſistentia inter vnguentum & emplaſtrum medium: Illo enim ſolidius: hoc vero minus, quamuis non ſemper eadem ſit forma, cum aliquando humidius, aliquando ſiccus fieri poſſit.

Horum materia eadem eſt, quæ linimentorum & vnguentorum vtpote cera, propolis, pix, resina, adeps, oleum & pulueres. In quorum mixtione proportio ſeruanda, quæ ex Galeno <sup>c</sup> in cerati roſacei deſcriptione colligitur; ut tripla vel quadriplia proportio ſit olei ad ceram, & tale ceratum Galenus <sup>d</sup> humidum vocat, e.g. Si olei 3 ij. ſint, cerata ſit 3. 3. resinae 3 ij. pulueris vel ſpecier. 3 ij. vel 3 ij. additur resina, ut tenacius parti adhæreat, & diutius, quod ex Galeno <sup>e</sup> colligitur, in quem etiam finem forma hæc inuēta. Omnia autem ac- commodatissima resina eſt terebinthina, aut la- rycea.

Sunt autem duplia: alia enim ſunt vere cerata; alia vero minus proprie, & à ſimilitudine ſic dicta, quæ præter oleum & ceram, herbas & alia recipiunt. Proprie enim dicta cerata ex cera & oleo componuntur.

Rursus

a 7. de compoſ. ſecun- dum gener. 5.  
b lib. 7. cap. 20.

c de compa- ſecundum genera 2.

d 10. metha

e 1. de comp. med. ſecun- dum genera 12.